252 od ~~[illegible]~~

Roskowski **Quietatur**

Coram officio et actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Branscen[sibus] p[er]s[onaliter] compar[ens] Ex[ercitus] Albertus ol[im] Stanislai Maciek Roskowski sanus mente et corpore existens a foro suo proprio terrestri recedendo et huic se incorporando clam recognovit. Quia sibi Ex[ercitus] Stanislaus ol[im] Jacobi Roskowski duos florenos et viginti gr[ossos] ex obligatione bonorum [illegible] et parentem eius Ex[ercitu]m Joannem Roskowski fratri recognoscenti [illegible] satis persolvit ideo ipsum quietat et liberum facit.

et Jaworowa et Łapinski mutua Advitalitas

Coram officio et actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Branscen[sibus] p[er]s[onaliter] compar[entes] Nob[ilis] Simon Łapinski Camerarius terrae Bielscen[sis] ab una et Nob[ilis] Catherina filia olim Nobilis Mathiae Jawor consors eius partibus ab altera sani mente et corpore existen[tes] a foro suo proprio terrestri recedendo et huic se incorporando publice liberèq[ue] recognoverunt et quilibet illorum pro se fatebatur esse recognovit. Quia ipsi inter se mutuam et reciprocam Advitalitatem omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium nunc habitorum et in posterum favente divina clementia habendorum et acquirendorum inscribunt et asserunt tali vero modo. Quod si fatis urgentibus prius Nob[ilem] Catherinam Jaworowa coniugem quam maritum eius de hac luce decedere contigerit. Extunc bona eadem omnia mobilia et immobilia quaecunq[ue] morte coniugis suae derelicta fuerint inuicem [illegible] pertinentibus praefatus Łapinski tenebit habebit possidebit illisq[ue] ad extrema vitae suae tempora usufruetur. Post mortem autem eius bona praefata omnia in successores praefatae coniugis suae sine quavis contradictione mariti devolventur. Similiter si prius praefatum Nob[ilem] Simonem Łapinski maritum quam praedictam Jaworowa coniugem eius. Extunc coniux sua bona omnia mobilia et immobilia quaecunq[ue] morte mariti sui derelicta fuerint cum omnibus eorum bonis attinentiis tenebit habebit illisq[ue] ad extrema vitae suae tempora usufruetur. Post mortem autem eius in successores dicti mariti sine quavis contradictione coniugis suae devolvi debent. Praesentemq[ue] inscriptionem eorum [illegible] authentice acceptari consenserunt sibi mutuo et invicem ad acta terrestria [illegible] transferre. Nulla praescriptione terrestri in contrarium obstante.